195

1510. d. 9. Septembris

Sigism. I. Rex Polon:

Gnosis Davidi de Dluga Comnensi et Pisdrensi Capneo et Jacobo Rożnowski fidelibus dilectis Gratiam Regiam. Cum Mgcus Ambrosius Pampowski Palatinus Siradien, et Capneus Marienburgae egrotaret, Vobis fideique Vrae confidens, Vos in Custodia et conservatione Castri Marienburgensis isthuc misit, et postea in domino defunctus est. Credimus Vos omnia isthic providere et curare diligenter et fideliter sic, ut neque Nobis, neque Reipublicae ullum damnum accidere possit. Nihilominus tamen mittimus isthuc Gnosum Joannem Baleński Notarium Nostrum fidelem, ut imprimis voluntatem Vobis Nram referat, deinde omnia Vobiscum una quae in Castro et extra sunt, circumspiciat ac revideat et fideliter conscribat et in bonum ordinem statuat, Officiales utiles constituat, inutiles destituat, Vobiscum tamen intelligentia habita. Quocirca mandamus Vobis ut Eidem credatis, acsi Nos ipsi Vobiscum loqueremur, et quidquid dixerit et mandaverit Vobis, ita, et non aliter faciatis. Pro Gratia Nra. – 9. Septembris 1510.